

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev  
Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum**

**Arles y Andosilla, Martin de**

**Romæ, 1559**

Quod mulieres sortilegæ & malefic[a]e qu[a]e vulgariter broxe  
nu[n]cupantur no[n] transferu[n]tur localiter ad loca in quibus se fuisse de  
nocte dicu[n]t: sed me[n]taliter & fantastice tantum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29941**

TRACTATVS

Quod mulieres sortilegæ & malefi-  
cæ quæ vulgariter broxæ nūcupantur nō  
transferūtur localiter ad loca in quibus  
se fuisse de nocte dicūt: sed métal-  
liter & fantastice tantum. ~~error.~~

**E**t primo de falsa opinione credenti-  
um illas maleficas & sortilegas mu-  
lierulas que vt plurimū vigent in re-  
gione basconica ad septentrionalē par-  
tem montium píreneorum que vulgari-  
ter broxæ nūcupantur posse transfer-  
ri dē loco in locū per realē mutationē.  
Nā re vera vt habetur, xxvi, q. v. Episco-  
pi ex cōcilio acquiren. tales personæ nō  
transferuntur a demone localiter in lo-  
ca in quibus dicunt se fuisse: credentes  
cū Diana vel herodia de nocturnis horis  
equitare: vel se in alias creaturas trans-  
formare. Sed ipse sathanas cū métēm cu-  
iusq; mulieris similis ceperit: hāc per iſi  
delitatem sibi subiugauerit ilico trāsfor-  
mat se in diuersarū formarū species & si

DE SUPERSTITIONIBVS.

militudines creaturarū. representat fantasie dormientis, qui hīmōi superstitionē sequitur. Et mētem quam captiuā tenet in somnis deludēs : modo per lēta : modo per tristia imaginarie solum deducit nō veraciter : & cum hoc sola anima patiatur infidelis hēc nō ī animo: sed ī corpore euenire opinatur . Vnde quēdā mulierculē īseruiētes sathanē dēmonū illusionibus seduictē: credunt & profitentur nocturnis horis cum Diana paganorum dea vel Venere ī magna mulierum multitudine equitate: & alia nephandā age re:puta paruulos a lacte matris auellere: assare:& comedere: domos per caminos seu fenestras intrare: & habitantes variis modis inequitare. quē omnia & consimilia solum fantastice accidunt eis . error.

Quod aliquādo mulieres etiā pbæ ī probe patiūtur cōcubitū a déone īcubo.

**E**T non solum apud maleficas sed & circa alias probas mulieres accidit